112

1641 Juli 9., Abtei Wettingen A

SCHREIBEN VON GIOVANNI BATTISTA BOZETTA, AUDITOR [AN DER NUNTIATUR DES HEILIGEN STUHLS BEI DEN KATH. ORTEN], AN DEN AMMANN VON [STADT UND AMT] ZUG, BEAT II.[1] ZURLAUBEN, BADEN[2]

"Litteras, quas M:^{mae} D. V.^{ae} ad me dare placuit, integrâ ac fideli interpretatione M:^{mo} ac Rev^{mo} D. meo Nuntio [Girolamo ***Farnese****] praelegi, qui, cùm muneris et officij Sui partes esse iudicet, oves et quaerere et convocare, difficultatem non facit in litteris ad Dominos Deputatos Suitenses [Diethelm* ***Schorno*** *und Johann* ***Schuler****] perscribendis [- es ging um den Streit zwischen der Abtei Einsiedeln und Schwyz wegen der von letzterem im Flecken Einsiedeln erhobenen Kriegssteuer[3]; Zurlauben betätigte sich in diesem Handel als Vermittler[4] -], modò tria tanquam necessariò requisita praemittantur. Alterum quidem, non ideo se, quam de S:^{mi} D. N. [Papst* ***Urban VIII.****] mandato ad DD. Cantones Catholicos in hoc negotio[5] Eabiturus est propositionem, ommissurum. Alterum est, ut praed.^{i} D^{ni} Deputati promittant se se iustificaturos coram eodem Jll:^{mo} et Rev^{mo} D. Nuntio, iura et immunitatem Ecclesiasticam nullo modo fuisse violata. Ac tandem ut à fulminationibus censurarum, ad quas, ubi terminus affixae ultimae monitionis canonicae expiraverit, Jll:^{mus} procedere decrevit, prorogationem petant. Ad ista si Jll.^{ma} D. V.^{a} Deputatorum animos insigni suâ prudentiâ disposuerit, iam strata est ad intentum via. Caeterum ut D[omi]ni Suitenses crastino convivio id priventur, dabit Jll:^{mus} meus operam, ut cras alibi pransus ipsorum accessum non impediat. Quae omnia dum ex praefati Jll.^{mi} et Rev:^{mi} D. Mei Nuntij mente significo, me Jll.^{mae} D. V.^{ae} favoribus et gratijs officiosissime commendo. ...".*

"Dahin hab ich den [obgenannten] H. Landt Amman [von Schwyz, Diethelm] Schorno nit disponieren mögen."

1) *Hier in AH 122/112 fälschlich Beat Jakob Zurlauben genannt.*
2) *Zurlauben weilte damals als einer der Zuger Tagsatzungsgesandten an der Jahrrechnung vom 30. Juni bis 23. Juli 1641 in Baden, s. EA V 2, 1206 (Nr. 953).*
3) *s. ebenda 1210 nnn sowie Zurlaubiana AH 102/35*
4) *s. ebenda etwa AH 9/113* 5) *s. ebenda AH 100/120*

Original, Siegel teilweise zerstört. Dorsualnotiz von Beat II. Zurlauben. - AH 122, 228-229a - Blatt 229^{r} und 229a^{r} leer